

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sobrietas c
cum fonte primo

Sobrietas temeritatem fugit, pericula
cuncta declinat, mutuis officiis
obtemperat, superbiam detestatur,
domum familiamque cum moderatione
gubernat, fidem sibi committentibus
seruat.

Augustinus ibidem (libro ad sacras
uirgines).

Sobrietas temeritatem fugit, pericula
cuncta declinat, mutuis officiis
obtemperat, superbiam detestatur,
domum familiamque cum moderatione
gubernat, fidem sibi committentibus
seruat,

et, ut summatim breviterque dicam,
sobrietatis perseverantia inaestimabilis
est animi fortitudo: Omnes eam virtutes
et omnes laudum semper tituli
concupiscunt, quia sine ipsa ornare aut
placere non possunt.

Pseudo-Augustinus, *De sobrietate et
castitate*, 1, 2 (CSEL 99, L.J. Dorfbauer
ed., p.113, ll.11-17).